

ut immediatè operetur, ac citò perficiat, patet in Moysè, patet in Davide, patet in adultis, patet & in parvulis qui hodie pro Christo perempti gratis perceperunt brarium felicitatis æternæ, ita ut nati statim iugulati pariter & coronati sunt, ubi obiter Christianorum torporem redarguit, qui creaturas ipsam Creatori præferunt, & magis quam Deum diligunt. Denique ad vitam pro Christi amore cum morte commutandam, & mortificationem tanquam quoddam martyrij genus, patienter perferenda mhortatur. Part. 2. serm. 4. de ss. pag. 611. & sequentibus.

**O**RIGINIS homilia in Euangelium hodiernum, de Angeli apparitione facta Ioseph dixerit, cur Christus in Ægyptum fugerit, varias profert rationes Herodis furorem, insaniam, crudelitatem, & sceleris depingit, qui, ut ipse loquitur, in pestifero ambitu cordis sui omnipium facinorum criminis supergressus est; cum cani, & cani rabido similem facit, parvulorum intercessionem repræsentat & plangit, planetum parentum exhibet, Invocentes, primicias Christi martyrum ex Iudeis nominat, primiciasque gentium tanquam in imagine praesette, dicit, iuxta dictum Apostoli ad Corinth. *Vetus infantibus lae nobis;* &c. Ceterum qua ratione Euangelista dixerit, *Rachel plorans filios suos,* &c. historiam Innocentium texens triplici modo exponit. Tom. 2. homil. 3. in diversis pag. 280.

\* RADVLPHI ARDENTIS de sanctis Innocentibus homilia in quâ visionem S. Ioannis Euangelista referit sub his verbis, *Vidi supra montem sion agnum stantem* &c. Apocalyp. 14. & dicit eum exprimere. I. Quem vidit, sc. agnatum, qui Christus est, in agno paschalij figuratus, mitis & innocens ut agnus, carne & sanguine suo nos pascens. Vbi eum vidit, *supra Montem sion,* id est, suprà eminentiam & contemplationem totius Ecclesie, cui præstet non solum diuinitate sed & beneficio, doctrinâ, & exemplo: Quomodo vidit eum sicut stantem, id est paratum nos adiuvare & pro nobis pugnare. II. eos qui

A eum eo erant, sc. quanti essent? sc. centum quadraginta quatuor millia: cuius professionis? Virgines enim sunt cuiusmodi vocem haberent? tanquam vocem aquarum multarum quale canticum cantarent? cantabant quasi canticum nouum vti illud cantarent? sicut citharædorum citharizantium in citharis suis quam casti? qui cum mulieribus non sunt coquinati. quam Deopropinqu? ante thronum Dei. quam electi? hi empti ex hominibus primitæ Deo & agno, quam veraces? in eorum ore non est inuentum mendacium. quam mundi? sine macula enim sunt. a fol. 21 pag. 2. ad fol. 25. pag. 2.

B Eiusdem, homilia in Euang. vnde soprâ quâ demonstratur. Primo. Christum habuisse & veram diuinitatem cum consilia Herodis confudit; & veram humanitatem cum persecutionem fugit & abscondit sc. Secundo. Humanum furorem contra diuinum propositum insanire dum Herodes intentio ne frustratur quem occidere conatur, non lâdens; quos occidit, martyres factens; sibimet nocens. Tertio. Terrinos de morte filiorum inconsolabiliter dolere, &c. a fol. 25. pag. 2. ad fol. 28. pag. 2.

\* THEOPHANIS CERAMEI hom. 52. In hac. 1. à solemnitate regum, filios persas vocat, ad mirabilia natu pueri, præsertim quod Deus hominis insidias fugiat, transundum dicit. 2. Rationes assignat cur fugere voluerit Dominus. 3. Herodis rabiem, & audaciam. Leuitatem accusat. 4. ostendit nihil melius infantibus illis evenire reportuisse. 5. describit infanticidij illius luctum. 6. Iustum Dei sententiam assecutum esse Herodem tradit. 7. Transit ad considerandam spiritualem huius historiæ vim & rationem. a pag. 353. ad 359.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo in illud Apocalyp. 13. Cantabant sancti canticum nouum, &c. Agit de canticis mysticis, per comparationem ad cantica vocis. I. dicit cantoribus tria esse requisita, vocis instrumentum, artis documentum, vsus exercitamentum. Vocis instrumentum aptatur rhomatis